



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 47. Disputatio circa materiam Sacramenti Pœnitentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

pria Pallavicini verba : unde extra o-Sæcul. XVI.
 mne dubium positum videtur, quod Sy- A. C. 1551.
 nodus, ne in suspicionem definitionis
 hac super re factæ trahi posset, caute
 omnem anam præciderit, ac Theolo-
 gis plenam de hoc argumento dispu-
 tandi, ac sententiæ, quæcunque ipsis
 præplacuerit, accedendi libertatem re-
 liquerit, unice contenta, ut dissidia per
 Lutheri affectas suscitata componeret,
 quin tamen Catholicarum Scholarum
 opiniones nullatenus fidei Orthodoxæ
 adverfas tangeret.

§. XLVII.

Disputatio circa materiam Sacra- menti Pœnitentiæ.

Fervens pariter habebatur disceptatio,
 qua ratione actus pœnitentis decla-
 randi essent partes Sacramenti. De-
 monstrabant Scotti Doctoris Discipuli,
 quod tunc, si contritio, confessio, & fa-
 tissactio dicerentur materia Sacramen-
 ti Pœnitentiæ, minus apte hac de re
 ageretur, cum Sacramenti materia in
 ea re, quæ Sacramentum recipienti a
 Ministro applicari potest, non vero con-
 sistere debeat in illa, quæ importat ac-
 tionem Sacramentum recipientis : ea
 igitur ex ratione proprios Pœnitentis
 actus nequaquam tanquam ipsius Pœni-
 tentiæ partes respici posse ajebant. In-

F 2 fere-

Sæcul. XVI. ferebant quoque, contritionem non minus ad Adulorum baptisma requiri, quam Pœnitentiam, quin tamen sit Baptismi pars. His addebat, quod olim ante Baptismi administrationem confessio fuerit requisita, ducto exemplo a S. Joanne Baptista, qui eos, quos Baptisare volebat, prius ad Pœnitentiam disponebat, imo etiam Cathecumenis pœnitentiam agere præcipiebat, quin tamen ullus unquam exinde inferret, quod ejusmodi pœnitentiæ fuerint materia, vel pars Baptismi, ut proin opinionem ab omnibus veteribus Theologis, atque ab ipsa Parifina Facultate Theologica tum propugnatam damnare haud æquum sit. Huic quoque sententiæ acceperunt Coloniensis Electoris Theologi, quapropter attentis horum rationibus sanctum, duntaxat esse exponendum, quod actus Pœnitentis sit quasi materia. (*)

§. XLVIII.

Articulus de absolutione, atque institutione Pœnitentiæ examinatus.

Pallav. l. 12. Postquam articulus de absolutione ad c. 12. exa-

(*) Cuncta hæc Continuator ex proscripto suo Paulo Sarpio descripsit, quin tamen illum allegare ausus fuerit, cum eundem a Palavicino l. 12. cap. 12. n. 1. & seq. egregie confutatum icire potuisset.